

<i>Item de Jure Civili.</i>	n. 10.	Cui competat jus exigendi hunc censum?	n. 47.
<i>Et de Jure Imperii nostri.</i>	n. 11. sqq.	An Magistratibus Municipalibus?	n. 48. sq.
<i>Procedit hoc etiam in domicilio originis.</i>	n. 14. sqq.	An praestandus census, si quis ab uno loco in alium locum ejusdem Provinciae domicilium suum transferat?	n. 50.
<i>Domicilium mutare possunt regulariter omnes.</i>	n. 17.	Nonnullae personae immunes sunt ab hac praestatione.	n. 51. sqq.
<i>Etiam Clerici.</i>	n. 18.	Quod extenditur ad illarum viduas & liberos.	n. 60. sqq.
<i>Quid si cives gregatim discedere velint?</i>	n. 19. sqq.	De quibus bonis hic census praestandus?	n. 63. sq.
<i>An mutatio domicilii propter religionem in Imperio nostro sit necessitatis, an voluntatis?</i>	n. 24. sqq.	Quantum praestandum ab illis, qui domicilium mutant?	n. 65. sqq.
<i>An liceat domicilium mutare, absq; consensu Magistratus?</i>	n. 37. sqq.		
<i>Domicilium mutantes censum emigrationis hodie praestare tenentur.</i>	n. 43. sqq.		

Postquam superiori capite, satis ut opinor, deductum est, quomodo domicilium constituatur, atque iterum mutetur, propius jam ipsam mutationem aggredior, eamque duplicem constituo voluntariam scilicet, quam quis libera voluntate suscipit, & necessariam, ad quam necessitate quadam compellitur superioris mandatis morem gerere coactus. Sed illam quidem, voluntariam scilicet quod attinet, explicandum ante omnia erit, an etiam cuivis pro lubitu domicilium suum mutare ac aliò transferre liceat? Equidem lubens fateor, inspiciendas esse hac in materia uniuscujusvis loci consuetudines, vel etiam speciales civitatem inter & cives unitas conventiones; quod si tamen de his non appareat, & ex solo Jure naturæ hæc quæstio decidenda sit, nullum dubium est, quin ad eam affirmative respondendum